IOHANNES CHRYSOSTOMUS
12. Jh. Seite 78r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26144
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ca & peremptoria. Si enim in clero electum se esse dicat.
si sacerdotem nominat. scrutare. non enim sine periculo
in talibus indiscussa communicatio est. circa maiora
pericula uestitur. Non enim das. sed accipis. Si uero pro nutri
mento postulat. nichil examines. Quomodo abraham
hospitalitatem circa omnes transeuntes ostendebat.
Si scrutator esset circa refugientes ad se. numquam
angelos hospicio recepisset. fortassis enim non putans
eos angelos esse. cum reliquis repelleret. Sed quomodo omnes
suscipiebat. suscepit & angelos. Non ex uita accipi
entium ate. mercede tibi retributurus est deus. sed ex uolun
tate. ex honorificentia multa. ex misericordia ex bonita
te. Hec sint in te & omnia adipisceris bona. que
cunctis nobis contingat adipisci gratia & misericordia domini
nostri ihesu christi. cum quo pater una cum spiritu sancto gloria. imperium.
honor: nunc & semper. & in secula seculorum amen.

Explicit sermo. xi. Incipit sermo. xii.

Cap. VII.

Hic enim melchisedech rex salem.
sacerdos dei summi. qui obuiauit abra
he regresso a cede regum & benedixit
ei. cui decimas omnium diuisit. primum quidem qui interpre
tatur rex iusticie. deinde autem rex salem quod est rex pacis.
sine patre. sine matre. sine genealogia. neque initium
dierum neque finem uite habens. assimilatus filio dei.
manet sacerdos in eternum. Volens paulus differentiam
demonstrare. noui & ueteris testamenti. in multis hoc